UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

Durantis, Guilelmus

Augustae Taurinorum, 1578

Contumacia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

ꝓceſſum,ff.de req.re.l.2.in fi.q̃a ex pluribus iudicibus melior eſt ꝯditio p̄ uenientis,in Spe.de cita.§.fi.uerſi.itē pone.ar.ff.de of.ꝯſul.l.1.q̃a ſatis tñ vi nouū eſſe edictū apud alterū ꝑ captionē:& ſic illam l.induco.facit ff.de iud.l.ſi q̃s poſtea.cū ſua materia.Bal.uide j.de app.§.caſus talis. ¶ Citatio circūducta nō interrūpit p̄ſcriptionē, q̃a nō ꝯſtat ex omnibus ſuis partibus, de præſc.30.ann.ſicut.ꝑ Gul.de Cu.ar.no.ext.de teſti.c.ſignificauit.ꝑ Inno.ff.ad l.Aquil.in l.Aquilia,ſi deletū.Bal.uide ſ.e.§.no.ꝙ inter.& uide Bald.poſt Inn.ext.de p̄ſc.c.extrāſmiſſa.alias eſt c.illud. ¶ Citatio ꝑemptoria nō req̃rit,ut ueniat ad illū,q̃ iā de ꝯtumacia, culpa,uel dolo notatus eſt, ut in uer.fi. ¶ Citatio dēt in ſe ꝯtinere cauſas ut no.in l.4.§.p̄tor.ait. uer. decunciari.ff.de dā.infe.Citatio ꝑemptoria p̄t mitti ante litis ꝯteſtationē. ꝙ not.& uide in Spe.de acto.§.uiſo.uer.antepe. ¶ Quæſit differētia inter citationē hoīs & legis,j.ti.le.q.§.4.& q̃uo q̃s abſoluaē a citatione, ibi in §. ſeq.& quot ſunt q̃ nō req̃rūt citationē,ibi vide rſā.§.an abſolutio.Bal. ¶ An citatus,ut intra octo dies ꝯpareat,ſi ꝯparat prima die,teneaē expectare aduerſariū ꝑ totū terminū.vide de dilat.§.2.Et an parte abſente,id eſt nō citata,p̄t iudex p̄figere terminū:j.de dilat.§.an parte.¶ Iudex p̄t citare ſine cauſę cognitione,j.de dila.§.iudex p̄t. ¶ Tres ſunt partes citationis: & in qua parte credatur nuncio,j.de ſententia,§.citatio debet.¶ Ad ſubſtātiā, citationis non eſt neceſſe,ꝙ libellus primo offeratur iudici,ſed eſt ad bene eſſe,infra de appellat.§.ſed pone,dicit ſtatutum,quod ille.

a ¶De contumacia.[a] Rubrica.

QVIA peremptorie vocati ad iudicium,ſæpe venire cōtemnūt ꝯtumaciter,iō de ꝯtumacia dicamus,oſtēdentes, q̃s ſit ꝯtumax,qualr̃ ꝯ actorē ꝯtumacē ꝓcedaē, &
b qualiter contra reum,& de pœnis contumaciæ[b].

ADDITIONES.

a Tācredus hoc ordine poſuit hāc Rubricā,ſcilicet poſt ꝓximā Roſ in libel. iuris cano.pte 2.poſuit Rubricā,de cōtumacia accuſatoris & accuſati. Vber.de Bo.& ſine Rubrica,mihi cha.7 ponit đ cōtumacia & eius pęna.Io. đ Deo duas rubricas poſuit libro ſcđo,de cōtumacia rei,& de cōtumacia actoris.Ang.multas Rub.poſ.xciii.vſq;ad tit.de cautelis aduocatorū.Guid.de Suz.Rub.q̃uo ꝓcedaē cōtra reum cōtumacē.Gui.An.cōtinuauit ad tractatū ꝓximū.Sciendū ēt,qđ hæc Rubrica repetiē in tractatu libellorū. Itē qđ Hoſt in ſummat rubricam hāc ſeparatā a rubrica de dolo,proſequitur,& multum iuuit auctorem.

b Contumaciæ.¶Hoſt.primo diffinit contumaciam,dicēs,quod eſt erga iudicem, vel prælatum commiſſa inobedientia.Ideo dicit Commiſſa, quia non ſemper obediendum eſt.de quo remittit ad Summam de maio.& obed.§.& ad quid,in fi.& no.de temp.ord.ad aures,in gl.2.& quod ſuper ea ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Parti ꝯuētæ recedere nō licet à iudicio ſine licētia ſiue ſit actor ſiue reus.*
2 *Contumacia eſt duplex.*
Ficte contumax quis dicatur.
3 *Contumacia diuiditur in notoriam aut veram,aut fictam,ſiue interpretatiuam:& quælibet iſtarum qualiter cognoſcatur.*

¶Contumax quot modis quis dicatur.

1.§.Contumax eſt,q̃ trinis edictis,vel vno ꝑemptorio citatus,non uenit:uel uenit, ſed nō obedit:ſeu illicētiatus recedit,11.q.3 certū.18. diſ.ſi q̃s autē.ext.đ exceſ.p̄.ex literis.24 q.3.de illicita C.q̃uo & q̃ñ iud.tres ext.de dolo & ꝯtu.cauſam q̄.ff.de priuil.cred.ſi creditores.extra.de p̄ſum.nullus.ff.de re iud.ꝯtumacia.ext.de iud.c.1.de ꝓc.ꝯſtitutus,in authē.de litig.§.oēm vero.itē is,q̃ latitat, ne citatio poſſit ad eū ꝑuenire:uel impedit,ſeu ꝓcurat,ꝑ ſe,vel ꝑ alium,ne citari poſſit,ext.vt li.nō ꝯte.q̃m §.1.5.q.1.q̃dā.ff.de euic.ſi dictū.§.ſi p̄ſentē.& in p̄.c.certū.de pę.diſ.4.in domo p̄ris.ibi, q̃a ſubtrahit ſe & latet,&c.q̃bus caſibus ꝓ citato dēt haberi,ff.de reg.iu.ad ea.§.ſemꝑ & l.iure ciuili.ff.de ꝯ.& dē.& cū lædat ꝑ dolū aduerſariū, infamis eſt,ff.de his,q̃ no.infam.l.1.ff.de do.l.j.Itē is,qui uenit ad iudicis p̄ſentiā,ſed ſe no exhibet,ſeu p̄ſentat:ſed poſt columnas, vel oſtiū latitat,ne iudex eū cognoſcat,ff.ex q̃b.cau.in po.ea.l.Fulcinius §.q̃d ſit latitare.& §.illud ſciendū.itē is, q̃ venit, ſed nimis, tēpeſtiue uel illicētiatus recedit, ut ſ.nō eñ dēt pars p̄ſens ſine iudicis licētia recedere,& ſi aduerſarius nō ꝯparuerit. ar.in p̄.ca.certū.Nā cū iudex poſſit in ſequentē diē expectare,ut ext.de of.
a dele.ꝯſuluit[a].merito & ipſe expectare teneē,quo ad hoc,ut ipſe petere poſſit ſumptus:quos petere p̄t ſi ad volūtatē iudicis expectat,Cod.de iud.ſancimus.nō tñ quo ad hoc, ꝙ aliq̃ pœnam
b ſubeat:[b]q̃a ēt ſi nō ueniſſet,aduerſario nō ueniente,nō puniret in expēſis,uel aliter,ff.de arb.l.arbiter.§.fi.& j. de expēſ. & poſtremo,ver.tu aūt.licet forte ſ cus ſit:ut ubi q̃s uocaē ad electionē
c faciēdā.ꝙ dic,ſ̄m Papā,ꝓut no.in p̄.c.ꝯſuluit[c].Ipſe ēt dicit ꝙ nū q̃ partibus p̄ſentibus circūduciē edictū:q̃uis ſine aliqua ſpeciali, ꝓrogatione partes expectēt ꝑ plures dies poſt terminū aſſignatū
1 †¶Nec licet alicui parti recedere ſine licētia,ſiue ſit actor ſiue reus:vt in ꝯcor.ſ. in prin.huius §.poſitis.ꝙ ſi fecerit, & pars altera, q̄ abſuit docuerit,ꝙ abſens fuerit ex ꝓbabili & neceſſaria cā, iuſte petet oēs expēſas.arg.p̄.l.ſancimus.Ille eñ ad duo tenebatur ſ.ꝯparere,& in termino ꝯparere. Vñ ſi alterū ꝯplere nō p̄t, ſc; in termino ꝯparere,teneē ad alterū,ſc;,ꝯparere.ar.ff.de arbit.l.Celſus.& l.p̄ce.§.fi.& ext.de dol.& ꝯtu.cū dilecti.ꝓpe fi.Patet ergo, ꝙ ad hoc vt pereat inſtātia termini aſſignati,& circūducaē edictū de quo legiē ff.de iud.& poſt oportet ꝑ iudicē circūduci, & licētiā obtineri.Si aūt iudex abſit,& ꝑtes veniāt,uel nō, de hoc in p̄.uer.tu aūt.¶Itē ēt ꝯtumax eſt is,q̃ non vult reſpōdere: uel q̃ obſcure reſpōdet,ar.ext.de iur.c.c.fi.ext.ut li.nō ꝯteſ.accedēs.de mu.pe.c.2.ff.de interrog.act.de ætate.§.nihil.Itē is,q̃ rē ad mādatum iudicis reſtituere nō uult,ff.de rei ven.q̃ reſtituere. & ff.ne uis fiat ei,q̃ in poſſeſ miſ.eſt,ſi q̃s miſſus.ext.de fo.ꝯp.cōqueſtus.& de ſpōſ.cū locū,& in p̄d.c.cauſam q̄.vel iuſſus nō exhibet, ff.de ap.creditor.§.iuſſus.puta ſi nō exhibet vſuras extortas.ext.de vſur.q̃a in omnibus.de iureiu.debitores.& c.ad noſtrā.¶Itē is q̃ nō uult iurare,ff.de iureiu.manifeſte.ext.de iur.cal.c.fin.¶ Item
d is,qui non defendit,ff.de proc.l.omnium.& l.mutus.§.pœna.[d]
2 †¶Et

ADDITIONES.

a Conſuluit.¶Ibi de hoc ſatis ſcripſi in gl.ex hoc.& quomodo de licentia conficiēdum eſt inſtrumentum.vide infra.de comparit. ver.hic quoque.

b Subeat.¶Sup.aduerſario non veniente.

c Conſuluit.¶Vide finem præd.gl.

d Pœna.¶Hic ſequunē verba Hoſtiēſis,vbi ſup.ad quorū intellectū oīno vide qđ plene no.in cl.de doto & cōtum.ſi ante.vt ibi dixi.Auctor hic variat.primo ponendo duplicē cōtumaciā,tenēdo verba Hoſt.vt prædixi, ſecundo in uer.vñ breuiter,ponit triplicē,ſed excuſari p̄t auctor,ſcilicet ꝙ ſunt duæ,ſed prima ſubdiuiditur.Itē hic dicit verā cōtumaciā,ibi aūt euidentē illius,q̃ dixit citatus ſe nō uēturū.Hoc aūt pono ꝓ indubitato,q̃ñ id dixiſſet in iudicio,ꝑ decret. uenerabilibus.§.ſecus de ſen.excō.lib.6.Sed remanet dubiū,de quo ibi nota an ſit idē ſi extra iudiciū nūcio citanti ſic dixit.¶ Ad declarationē aūt illius gl.& eorū,q̃ hic ſequunē,& ad ampliādā materiā pædic.decr.ſi ante.circa iſtū,qui citatus reſpondit,ſe nō venturū,de quo multæ gl.loquuntur,vt infra patebit,querendum eſt de ſeptē.¶ Primo,quid ſi extra iudiciū reſpōdeat ſic citanti.¶ Scđo,an nuncio ſoli referēti eū ſic reſpōdiſſe,credaē.¶ Tertio,poſito qđ de hoc cōſtet,& in termino nō venerit,quale ſit nomen huius cōtumacię.¶Quarto,an talis appellet.¶Quinto,an ſaltē bñficio velocis reditus vel aduentus,appellare poſſit.¶ Sexto, an talis in prima citatione non peremptoria reſpondens,ulterius ſit citādus ad idem. ¶ Septimo,an talis citatus in vno articulo,in aliis ſit citandus.¶ De primo certū, eſt qđ illa uerba nō obſtarēt citato,ſi veniſſet in termino, ētſi in iudicio illa dixiſſet.Si eñ ex illis verbis inſurgit cōtumacia, ſed ſequens cōtumacia nō uenientis qualificatur ꝑ illa p̄cedētia,ut ſic ex p̄terito p̄ſentē cōtumaciā dicamus manifeſtā ueniāt.no.de p̄ſum.ſcribā.cū ſua remiſ.& ſi in iudicio dicta fuiſſent,nullū dubiū,ꝑ p̄.§.ſecus.ſed,ut ibi patet,qualitercūq; de vera cōtumacia in iudicio conſtet,idē quo ad qualificationē,vt ſi ipſe i iudicio cōfiteaē ſe cōtēpſiſſe,& cōtumacē fuiſſe,qualificata eſt,ut ſup.idē,ſi aliter cōſtat,ut ibi.Hęc aūt qualificatio inſurgit p̄ſumptiōe cāta a uerbis dictis in iudicio,uel ext.ſed nō eſt neceſſaria, q̃a potuiſſet verba dixiſſe,& nō cōtēpſiſſe.vñ ſi talis ꝓbaret ſe captū fuiſſe ad iudicem ueniēdo,uel graui infirmitate detētū,uel aliq̃d tale cōſtat, qđ ꝑ hoc ꝓbatū tolleret cōtumacia,ergo & eius qualitas neq̃t ēe ſine ſubiecto.hoc patet e.c.§.idem eſt.cū ſuis gl.Nūc ad declarationē ſequentiū eſt videndū,q̃d aggrauet iſta qualitas.& dico,qđ in duobus.ſc; in reſtitutione expenſarū,nō dico faciēda, ſed ꝑmittenda, ſi excōicatus fuit ob id, & petit abſolui,vt in p̄ §. ſecus. ſola ergo cōtumacia obligat eū ad reſtitutionē expenſarū faciēdā, tñ poſt abſolutionē, ſi nō ꝓbauerit iuſtā excuſationē.ſed qualificatio talis obligat eū ad prius ſoluendū.Scđa aggrauatio eſt in eo,qđ nō hēt bñficiū velocis reditus,ut dicā ſup v.mēbro.Cōcludiē ergo,qđ q̃a nemo æſtimandus eſt dicere,qđ mēte nō agitauit ff.de ſupel.lega.Labeo & iudiciū humanum cauſarū a verbis, 22.q.v. humanæ, facta fide in iudicio de his verbis dicti citati,cōtumacia diceē ſic qualificata.ut dicaē euidēs,ut ſubdā.¶ Circa ſecūdū nullū dubiū eſt ſecūdū opinionē dicēdā ēt ſup citatione nō credi nūcio,de quo ſatis dixi ſ.tit.ꝓxi.§.ſeq̃.uer.ſed nūq̃d.nā ſecūdū illā,multo minus credeē de reſponſione citati,idē vī ſecūdū opinionē cōtrariā,qđ ſuper citatione credaē,quia ad hunc caſum nō vī ipſius iurum extendi. Iurat eñ fideliter citare,& citationes referre.Sicut ergo ſibi nō credit ſup omiſſ ſine iudicis,vt no.& dixi in uer.ibi ſeq.ſic nec credaē ſuper reſponſione partis. Factū ergo ſuū habet referre,nō alienū.& ſicut nō crederet ei,ſi ſe dicat a citato verbis iniuriatū,vel ꝑcuſſum,ſic nec credeē,q̃d ab eo ſibi ſit dictū. Nec dici p̄t,citati reſpōſionē ēe citationi cōnexā,cū certu eſt,citationē eſſe oī ſuo gradu ꝑfectā ēt citato tacente.Scđm hoc ergo oportebit ēt aliter ꝓbari id,quā ꝓbationē ꝑ teſtes oportebit exhibere illū,q̃ ferē id dixiſſe,ext.de teſt.c.2. & ſic nō erit facilis exitus huius rei.Sup hoc iterum uide,qđ dicā infra ſup 6. mēbro. ¶ Tertiū,ſc; qđ ſit nomē huius cōtumacię,expeditū eſt ꝑ ſuperiora:quia diciē euidēs vel vera,verior,uel veriſſima,ut infra ſubdā.Hoc tñ ad opinionē referē, q̃a opinamur illā talē.hoc dico ꝑ id,qđ dixi ſuper j.membro,uer.hæc aūt.¶.Quartū ēt certū eſt,ut ſtatim ponit auctor,ut no.in gl.cle. alle.prius, & in ſui princ.¶ In quinto, an ſaltem beneficio velocis reditus, uel aduentus appellare poſſit, & vti beneficio illius l.diuus.ff.de in integ.reſt. quæ poſt ſententiam admittit contumacem uenientem iudice adhuc pro tribunali ſedente diuerſificant Doctores.nā opinio Azonis fuit,l.diuus.loqui in ficto cōtumace,& qđ de illo veriſſimo cōtumace de quo tractamus,nō loquaē,patet ibi ex textu, quo dī citatū, non reſpondiſſe.& ſic opponiē,quod ficte cōtumax poterat appellare,ff.de iu.& poſt edictū.§.fi.vnde non egebat reſtitutione. Ad id reſpondet,qđ reſtituiē non ad appellandum,ſed ad totā cām,ut ibi no.Hæc opi. placebat domino meo, & placet ibi,& in ordina.uide ibi de ſpernēda appellat.ver.ſed ſi citatus. Guidoni.de Suzar.& Iac.de Aretio hæc pars opinionis non placet,ſcilicet qđ nō loquaē in veriſſimo cōtumace lex illa.Sed Ioannes cōtra ibi no.& moueē illa ratione, quia fictus non egebat reſtitutione,& qđ ibi dicit,nō reſpōdet,exponit .ut ibi no.id eſt,nō uenit,& hoc oīno placet hic auctori,qđ ēt ueriſſimus gaudeat illo beneficio velocis reditus poſt latā ſniam.Et ſi dicaē ꝑ iſta opinione,qđ licet pœniteri,reſpondet Guido,illud uerū tēpore debito,inducit.ff.de ꝓcu.l.ante litē.& l.poſt litē.Eſt ſciendū,qđ de cōtumace in nō exhibendo,nullū dubiū,qđ appellat,vt infra ſequitur,nec in abſente ſine culpa ſua, & maxime dolo aduerſarii: quia certū eſt qđ reſtituiē,vt in l.diuus 2.reſpon.Sed circa cōtumacē in non veniendo,de quo loquimur,diſtinguit ſic Iac.de Are.ſuper l.diuus,qđ aut eſt uerus cōtumax & vere,vt quia dixit ſe non venturum. Aut verus contumax præſumptiue,vt quia perſonaliter citatus nō venit.Aut fictus,ut citaē ad domū. Primo caſu reprobat opinionē Io.ꝑ l.cōtinuus.ff.de verb.obl.§.cū ita.ī fi. quña in certis nō eſt locus cōiecturis.approbat opinionē Azonis qđ nō gaudeat beneficio illo,& qđ lex de illo nō loquaē,ꝓbatū eſt ſupra.Scđo caſu,ſi ueniat iudice ſedēte ꝓ tribunali,gaudet beneficio,& appellat,ut ibi,quia per velocē reditū tolliē p̄ſumptio cōtumaciæ,ut dicit ibi textus,& ſimile.ff.de his,qui ſui uel alie.iuris ſunt,l.filium.Si ueniat iudice nō ſedente,nō appellat.ff.de appellat.ex cōſenſu.§.ulti.& đ iu.& poſt,§.ſi.in prin.Tertio caſu ſi fuit defenſus ꝑ ꝓcuratorē,ñ appellat,ff.q̃ñ app.ſit,l.1.in fi.ſi nō fuit defenſus,appellat ſine reſtitutionis auxilio,ut ibi,& p̄dict.l.& poſt.in fi.& hoc q̃ñcunq; veniat iudice ſedente,uel nō,dūmō intra decē dies a tēpore ſciētię,ut inf.ſequiē:nec placet ſibi, vel Gul. qđ ueniēs iu

dice ſedēte ꝑ tribunali, reſtituať ad totā cām. Nā, vt dicit Ia. ñ dēt ēe melior cōditio illius. ĩ quo ſaltē pſũptiue fuit delictũ cōtumaciȩ, quā pſētis, ſed pſens nil plus quā appellare pͭ, ergo nec ille. Cōcludit ergo, ĩ ſolo vero cōtumace pſũptiue legē loqui. ergo ñ ĩ veriſſimo, ut ē dictũ. & hæc ē ſcđa aggrauatio, đ qua ĩ prima qōne remiſi. Ego ĩ remiſſiōe. quā ĩ principio dedi pōdero cōtēptũ, qui poſſet ēe ĩ ficto cōtumace, qui citatiōis ad domũ factæ habuit plenā notitiā, & ñ ēe ĩ vero cōtumace pſũptiue, qui potuit ñ cōtēnere, ſed impediri in ueniēdo, uel ſaltē excuſari, ibi uide in uer. & ex his cōcludi poſſet. ¶ De ſexto ſciendũ Io. tenuiſſe 24. q. 3. de illicita. in magna gl. talē ulterius ñ citādũ. idē autor hic in prin. idē Inn. de accu. ad petitionē. vt ibi ſcripſi ĩ magna ĩ gl. uer. ſi aũt. idē Hoſt. ĩ Sũ. huius ti. §. 2. ver. itē ter dēt. idē Accu. ff. de in integ. reſti. l. fi. in vlt. gl. C. qũo & qñ iud. tres denũciationes. idē Guido đ Suz. in l. diuus. ff. đ in inte. reſt. Io. đ Deo tȝ cōtrariũ Caul. li. 2. ver. de ꝑēptorio. dicit em̃ talē ꝑēptorie citādũ, ad malitiā cōuincēdā, 3. q. 9. decernimus. de dolo & cōtumacia, ꝑut. & c. cũ dilecti. & c. cũ olim. allegat ēt C. qũo & qñ iud. l. ea quȩ. Huic ſub dubio forte cōcordant Ia. de Ra. & Petrus. ut ſcripſi in decre. uenerabilibus. §. ſecus. lib. 6. ſuper gl. 2. & 3. nō ſolũ hāt ad ꝓbādā cōtumaciā, ſed ēt ad cōuincēdā maliciā. C. de iud. auth. iubemus, & in pred. decr. ꝑut. Pro his facit, qđ lubricũ linguȩ facile ad pœnā trahi nō dēt, ff. ad l. Iul. maieſt. l. famoſi. cui cōuenit C. ſi quis imꝑ. male. l. unica. Itē lȝ dixerit ſe ñ vēturũ in prima, nō ſequiť ꝑ hoc, qđ nolit uenire in ſcđa, uel tertia. Itē plus eſt aliquid facere facto, quā verbo dicere, ext. de ap. dilecti. 2. ff. de ædil. edic. ſi tñ. §. ei qui. Sed citatus prima citatiōe, quē citatio apprehēdit, dicit ſcō ſe nolle venire: & tñ oportet eũ iterũ citari, quare nō citabiť, cũ dixit verbo Itē pͭ mutare ꝓpoſitũ, cũ ſecudũ Tul. Tuſcu. Quæſt. lib. j. nulla celeritas pͭ cũ animi celeritate cōtēdere, ut dixi de ſpō. tua. ſuꝑ. j. gl. facit ad hāc ꝑtē decre. lȝ. de ꝓc. li. 6. ff. ad Tertul. l. filii mater. in fi. ff. de re iud. qđ iuſſit. ext. de ap. cũ ceſſāte. Hæc oppinio placet ĩ qua ſine alterius piudicio iudicialis æquitas obſeruatur quia, ſ. ſi illa verba ñ dixiſſet, iterũ vocari debeat, Ad idē hoc dico ꝑꝑ opinionē, q̃ hēt, poſt litis cōteſtationē oēm dilationē haberi ꝑ ꝑēptoria, uſq; ad fināl excluſiue de qua ĩ. ti. j §. viſo. uer. dñt ēt. cũ ſua remiſ. ¶ De ſeptimo dico, qđ lȝ articulus ille ad quē citatus fuit, expediri poſſit, nec ab alio poſſit ꝑꝑ ſui cōtumaciā appellare, ad alios, tñ vetus cōtumax ē citādus vt gñaliter de cōtumace notaui in decr. eum qui. de do. & cōtu. li. 6. in gl. videbať. ſuꝑ qua gl. poſui dictũ In. cũ determinatiōe. Hoſt. quā ēt poſuit auctor ſ. ti. ꝓx. §. viſo. ver. itē, lȝ in die. ad fi. & omnino vide, qđ ibi ſcripſi cōtra illud ¶ Adde, qđ nũtio ñ crediť ſuꝑ rñſione partis, ſequiť Paulus de Caſtro con. 287. Et qđ dicens, nolo venire, ulterius nō ſit citandus tenuit Bart. in aut. qui ſemel. C. quomodo & qñ iud. & in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dā. infect. dom. Anton. in c. fi. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. Et quod uerus contumax non poſſit dici; niſi ille, qui habuit notitiam citationis, uoluit Angel. conſil. 186.

2 †¶ Et nota. ꝙ duplex ē ꝯtumacia, ſ. uera & pſũpta. Vere ꝯtumax,
ē is, quē citatio apprehēdit, & dicit ñ portabo pedē: & ꝯ̃ eũ pͭ ꝓ
cedi nulla alia citatiōe fcā, ff. ex q. cau. in poſ. ea. Fulcinius. in fi. nec
talis pͭ appellare, ff. de in inte. reſ. diuus in fi. & l. ſeq. in qb. nota.
de hoc, 2. q. 6 §. sũt ēt quorũ. ff. de iu. & l. & poſt. in fi. C. qũo & qñ
iud. ab eo. & C. de liber. caul. ſi is quē. 24 q. 3. de illicita. niſi veniat
adhuc ſedēte iudice ꝑ tribunali, ut d. l. diuus. lȝ qdā illā intelligāt
de pſũmpto ꝯtumace: ꝯ̃ quos eſt ff. de ap. ex ꝯſenſu. §. fi. & niſi p-
a ſens ſit iā ꝯtumax, [a] ff. de ap. creditor. §. iuſſus Ficte āt, ſiue pſum
ptiue ꝯtumax dr (vt qdā dñt) is, q reſpōdit ſe vēturũ, uel nil dicit,
ñ tñ venit, ad quē dēt ter mitti, ff. de re iud. l. ꝯtumacia. § ꝯtumax.
b ꝙ nō placet. Vñ dic, [b] ꝙ ficte ꝯtumax ē is, ad cuius domũ trina ci
tatio fcā eſt lȝ nō fuerit inuētus: ꝙ dic, ut ſ. ꝓx. ti. §. ſeqť. uer. illud
ēt no. ꝯ̃ talē em̃ ꝓcediť: ſed poſt ꝓbata iuſta cā abſentiæ, ſine dif
ficultate reſtituit, vt ext. de re iu. cũ Bertoldus. Alii tñ dñt talē nō
fieri ꝯtumacē, ex quo nō inueniť, ff q̃ ſen. ſine ap. re l. 1. §. 1. ꝙ nō
c placet. [c] †¶ Vnde breuiter diſtingue, ꝙ ꝯtumacia alia euidens ſiue
notoria, vt cũ citatus inuentus reſpōdet ſe nō uenturũ: alia uera,
vt cum apprehendit eum citatio, & nil dixit, uel dixit ſe uelle ue-
nire, non tamen venit: ut in præ. l. ex conſenſu §. fi. maxime vbi bis
vel ter citatur fuit, nec vnquam uenit, nec excuſationem propo-
ſuit. Alia ficta, ſiue interpretatiua, putà cum citatũ citatio nō ap-
prehendit, ut ſ. ſicut aliàs eſt ſimile. nam uera citatio dicitur facta
ab homine, ficta ſeu interpretatiua, quæ fit à iure: vt no. ext. de e-
d lect. ſtatuimus [d] Verè autē ꝯtumax nō audiť appellās, & multo mi
nus notorie, ut ſ. fictus aũt poteſt appellare intra dicendiũ, poſt-
e quā ſciuerit ſnīam ꝯ̃ ſe latā, C. quomodo, & quādo iu. ab eo [e]. Itē
ꝯtumax auditur appellās, ſi iuſta cā eum venire ꝓhibuit: ut in l. ex
ꝯſenſu. §. eum qui. ubi de hoc. ff. de re iud. ꝯtumacia. ext. c. cũ Bertol
dus. uel ſi ſit ꝯtumax ĩ ñ exhibēdo, ff. de ap. creditor. §. iuſſus. Si aũt
procurator contumax eſt in ſententia, vtrũ dominus poterit ap-
pellare? no. de app. §. j. Item ter citatus uidetur contumax: qđ dic.
ut ſ. tit. prox. §. uiſo. uer. quid ergo. & quæ hic deſunt, vide in eo.

ADDITIONES.

a Contumax. ¶ ſcilicet in non parendo.
b Dic. ¶ Secundum Aegi. vbi ſup.
c Placet. ¶ Nec Accur. in l. fi. ff. de in integ. reſti. in fi. vlt. gl.
d Statuimus. ¶ Lib. 6.
e Ab eo. ¶ Ad idē C. de libe. cā. l. 4. ff. qñ ap. ſit. l. 1. §. fi. ¶ Adde, qđ licet ficte cōtumax audiať appellās intra decē dies a tꝑe ſnīæ, tñ facta per iudicē a quo poſt decē dies a tꝑe ſniȩ, nō veniũt reuocāda per viā attētatorũ. Rota hoc tȝ in nouiſſimi. deciſ. 187.

2. §. Nunc

nobis uidendum occurrit, qualiter † contra actorem cōtumacem procedatur: ſuper quo
dic, ꝙ ſi actor in primo, uel ſcđo termino non uenerit ad reũ, quē
citare fecerat, reo condēnabitur in expenſis, ff. de iudi. l. eum quē
temerè. & etiā in dānis & intereſſe totius litis. nam & ad hoc ſpe
cialiter ſe debuit obligare. 3. q. 4. §. ſpatium. ver. libellum. In cauſa
uero criminali excōmunicetur, nec poſt exaudiatur, niſi ꝓbet ſe
iuſto impedimēto detentum. Si verò venerit in perēptorio, reus
2 abſoluet: quod dic, ut j. de accuſ. §. v. in prin. † magis enim offen-
dit actor nō ueniēs, qui debet cauſam ampliare, & apud iudicem
ſtare, quàm reus, cuius eſt fugere, & cauſam extenuare, 3. q. 4. ca. j.
vnde & reus fugitiuus nuncupatur, ut in præ. l. properandum §. &
ſi qdē. Hodie aũt punitur in expenſis, niſi ueniat in primo vel ſcđo
termino: nec admittiť ad aliā citationē, niſi præſtita cautione ido
a nea, ꝙ in termino fideliter cōparabit, ut extr. de do. & ꝯtu. actor [a].
b qđ eſt ꝯ̃ illos abuſores literarũ apoſtolicarũ, qui per eas [b] faciunt
aliquos, ubi uolũt, citari, nec in ſtatuto termino cōparent, ut ſic
3 citatos indebitè vexent † ¶ Sed non videť, ꝙ actor non cōparens
in primo termino, debeat in expenſis condēnari. nam nec reus trinis citatus edictis, in primo termino uenire tenetur. vnde & idem
debet actori licere, extr. de mu. pe. c. 2. ſed hic nihil eſt dictum, quia
c & reus tũc ꝯdēnabiť, ut j. de expen. § iuxta. uer. ſed quæriť, qñ [c] Vt
aũt hic articulus plenius liqueat, diſtingue: nā aut cā ē ciuilis, uł ſpi
ritualis, vl miſta, uel cohærēs de qb. j. §. ꝓx hæc dicenť. Aut actor
abeſt ꝯtumaciter añ litis ꝯteſt. aut poſt litē ꝯteſtatā. Si añ litis ꝯteſta
tionē, vocandus eſt tribus edictis ꝑ interualla 30. dierũ: & ſi nō ue
nerit, indulget ei annus: ſed intra ipſum annũ veniēs, ñ audiť. niſi
reſtitutis expēſis reo, vt ſ. Si uero ñ venerit intra annũ ipſũ: iudex
audiat allegatiōes & teſtes rei pſentis: & rei veritate ꝑquiſita, ſnīā
ferat ſuꝑ principali. hoc hr̃ C. qũo & qñ iud auth. q ſemel. extr. de
do. & ꝯtu. cām q̃ ĩ fi. Sed ibi erat lis ꝯteſtata, ſcđm Inn & C. de vſur.
pupil. l. fi. lȝ aſs reglr nō sũt teſtes recipiēdi, nec ſnīa ferēda lit. non
ꝯte. vt ſ. de teſte, §. nũc tractemus. Si āt lis eſt ꝯteſtata, tũc actor ꝯtu-
max citādus eſt ad petitionē rei tribus edictis, quorũ quodlibet dēt
ēe decē dierum. Et ſi liquet, vł liquere pͭ de cā, iudex ſnīabit ſcđm,
cāæ merita: Si uero nō liquet plene de cā, abſoluat reũ pſentē ab
obſeruatiōe iudicii, nullo regreſſu ad cām reſeruato Actori, & in
oē cāæ euētũ ꝯdēnet actorē abſentē in expēſis. Hæc plene legunť
4 C. de iud. ꝓperādũ. §. & ſi qdē. ext. de do. & ꝯtu. ꝑut. † ¶ Illud autē
ſcias. ꝙ qñ iudex ꝑtē pñtē abſoluit à termino, fiet hoc abſq; ulla ci
tatiōe. Vbi vero fit abſolutio ab inſtātia iudicii, q̃ peti dēt ante litis
ꝯteſtationē, ut C. qũo & qñ iu auth q ſemel. & 3. q. 3 §. ſpatiũ. uer-
ſi. ꝙ ſi fieri. dēt pars abſens citari. & maior ſolēnitas adhiberi, qa
d tũc ea fcā oīa acta [d] iudicii illius peũt, C. de iud. ꝓperādũ. §. 1. ff. đ
iu. & poſt. & abſens ꝯdēnať in expēſis. ex de pœn. calumniam Per
huiuſmodi autem abſolutionem iuriſdictio iudicis non tollitur,
e vt no. ſecundum Papam ext. de officio deleg. conſuluit. [e]

ADDITIONES.

a Actor. ¶ Lib. 6.
b Eas ¶ Supple, habentes clauſulas generales.
c Quando. ¶ Et vide de citatione, §. uiſo. uer. ſed quid ſi tres. & quod ibi dixi.
d Acta. ¶ Reſpicientia litis ordinationem de hoc plene ſcripſi de teſ. cauſam.
e Cōſuluit. ¶ Vt ibi ſcripſi ſuꝑ gl. 2. & de iu. examinata. ſuper ver. nihilominus.

¶ Qualiter contra reum contumacem procedatur

3. §. Sequitur

videre, qualr ꝯ̃ reũ cōtumacē ꝓcedat. In primis ergo ſciēdũ ē, ꝙ actore inſtāte &
rei abſentis ꝯtumaciā ĩcuſāte. ut j. đ ꝯparit. ĩ termino, uer. ſed & ip
ſe iudex. fcā ſibi fide đ citatiōe, ſcđm ea, q̃ dicta sũt ſ. ti. ꝓx. §. ſeqtur
ver. ſed nũqd, & ſeq. ꝓnũciabit eũ ꝯtumacē ĩ hac forma. ¶ FOR-
MA. Cũ nos talis iudex đ legatus, vł ordinarius, talē tribus edictis
vł uno ꝓ oībus ꝑēptorio, citari fecerimus, ut corā nobis ꝯpareat ta
li đ iuſtitia rñſurus: ipſe uero nec ĩ termino eidē ſtatuto, nec poſt
lȝ expectatus diutius, ꝑ ſe, aut rñſalē idoneũ curauerit ꝯparere, ꝓ-
ut đ citatiōe hmōi ꝯſtat ꝑ relationē talis nũcii, vł pſbyteri, vł per
publica documēta, idcirco petēte tali & inſtāte, ipſũ ꝯtumacē exi-
gēte iuſtitia reputamus & ꝓnũciamus. 24 q. 3. de illicita. C. qũo & qñ
iud. ꝯsētaneũ. ext. de dolo & ꝯt. ꝑut. deinde iudex ꝯ̃ eũ, tāq̃ ꝯ̃ ꝯtu-
macē ꝓcedat, recepta prius petitiōe actoris ſub; hoc. de qua dic, ut
j. de dolo & cōt. §. reſtat. & de eo. qui mit. in poſſ. in prin. ¶ Ad hu-
tius aũt materiæ notitiā clariorē, qa hic articulus frequēs & quo
1 tidianus eſt, ſic diſtingue: Nam † cauſarũ alia eſt criminalis, alia ci-
uilis alia ſpiritualis, alia miſta [a]: alia matrimonialis: alia appellatio-
nis, ut 16. q. j. frater noſter. circa med. ibi, ſi qua cauſa, & c. 14. q. ij. ſu
per prudentiā. extr. de proc. tuæ. extr. qui fil. ſint leg. per uenerabi
lē. § rationibus. uer. tria. quippe. de quarũ ſingulis aliqua edoceamus. † ¶ Si qs igitur de crimine accuſatus, cōtumax reperiať, uide
a tur, fictione iuris crimē cōfiteri [b]. Sed hoc mēbrũ plene proſeque-
b rē, ut not. j. de accuſ. §. ſequitur [c]. ¶ Si uerò agitur ciuiliter, diſtin-
gue: Nā aut agitur actione reali aut pſonali. Si reali puta ad fundũ
uel domũ, & reus ſit cōtumax, qa perēptoriè citatus nō ꝯparet, ut
ſupra.

ADDITIONES.

a Miſta. ¶ Sola hȩc quatuor expreſſit. Tāc. ubi ſ. & merito: qa cauſa matrimonialis incluſa erat ſub ſpirituali: & cā appellationis ſub altera illarũ, allegauit etiam tria iura prius allegata Item, ut j. patet, actor illa duo non proſequitur, ſed remittit.
b Confiteri. ¶ Hæc tamen fictio, uel ſententia ex ea ſecuta, non inducit iuris, infamiam; ſuper hoc uide q. Ia. de Bel. C. de requi. reis, in ultimo membro Non obſtat. l. fi. e. ti. quæ loquitur. de infamia facti, ut ibi no.
ADDITIO. An in criminalibus contumax habeatur pro confeſſo? uide Bald. in l. j. col. 3. uer. item poteſt. C. quomodo & quando iud. & Bar. in l. abſentem. col. 3. uer. 3. ext. gl. ff. de pœnis. Henr. Ferran.
c Sequitur. ¶ Et no. de do. & contu. veritatis. in gl. hic patet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſ.§.j in prin.tunc ſubdiſtīgue:quoniã aut eſt lis ꝯteſtata, aut quaſi
ꝯteſtata:aut nullo modo ꝯteſtata.Si eſt lis ꝯteſtata,iterũ ſubdiſtin-
gue:Nã aut liquet de cauſa,aut liquere poteſt de cã,putà,qa teſtes
recepti ſunt uel recipi poſſunt,uel inſtrumẽta exhibita,uel ꝯfeſſio
nes factę:tunc procedi poteſt ad ſentẽtiã abſoluẽdo, uel ꝯdem-
nãdo,ſecundũ cauſæ merita:nec ueniẽs reſtituit.& ſiue pro abſen
te,ſiue ꝯtra eũ iudex ꝓnunciauerit,ſemper eũ in expenſis cõdẽna-
bit,nec abſens contumax à ſua ſentẽtia poterit appellare, ut C de
iud.properandũ.§.ſin autẽ reus.& §.ſin autẽ ex geſtis. extrà de do.
a &contũ.prout.ad fi.ª.3 q.9 decernimus.Si uerò nõ liquet,nec li-
quere p̃t,ut qa actor nullos teſtes,uel inſtrumẽta ꝓducit,per quę
poſſet de ſuo iure docere,tũc adiudicãda eſt actori poſſeſsio tan
tũ & ſtatim fiet uerus poſſeſſor,ſalua quæſtione ꝓprietatis abſen
ti,ut in præ.decret.prout & C.qñ,& qñ iud.l.ꝯſentaneũ. Si autẽ
lis eſt quaſi ꝯteſtata,ſaltẽ quo ad interrumpendã præſcriptionẽ,
puta qa is,qui nomine poſsidet alieno,cõueniatur,ac ſi ſua res ſit,
& dño.rei per eũ in iudiciũ nominato,& facta ei intra certũ tẽpus
à iudice ſtatuẽdũ denũciatione,ut ueniat ad cauſam, eoq; legiti-
mè citato,dominus ipſe nõ uenit,tũc certè adiudicabit poſſeſsio
ipſi actori,& fiet uerus poſſeſſor,ſalua quæſtione proprietatis ab-
ſenti,ut extr.ut lite nõ ꝯteſt.quoniã.§.ꝙ ſi ſuper. C. ubi in rẽ act.
l.2.& in præ.dec.prout.in fi.de hoc dicã j̃.tit proxim §.reſtat.uer.
hoc etiã no.& ſeq.& ſic idẽ iuris eſt quãdo lis eſt ꝯteſtata,ſed non
liquet de cauſa,ſicut quãdo lis eſt quaſi ꝯteſtata.Cæterum ſi lis eſt
nullo mõ ꝯteſtata,reo ꝯtumaciter abſente actor nõ p̃t petere, ut
ſentẽtia feratur,ut C.de iud.ꝓperandũ.§.& ſi quidẽ.& §.ſin autẽ
ſed ſummatim examinato negotio,mittẽdus eſt in poſſeſ.rei pe-
titæ,ext.ut lite nõ cõteſ.quoniã frequenter.§.in aliis.C.de præſ.
30.uel 40.ann.ſi quis emptionis §.pe.ext.de eo.qui mit.in poſ.cã
rei ſer.ca.fi.C.quomodo & quãdo iu.ꝯſentaneũ.in fi.prout dicet
j̃.ti.prox §.2.& tũc reus uſque ad annũ poterit recuperare poſſeſ.
reſtitutis expẽſis,& præſtita cautione de iudicio ſiſti, anno vero
elapſo nõ audiet niſi ſuper ꝓprietate,ut in præd §.in aliis.extrà.de
eo qui mittit.in poſ.cauſa rei ſer.c j.& 2.& in prę.l.ſi qs ẽptionis.
ad fi.& ſi ꝓpter rei dolũ,ſeu potentiã,nequit nãciſci poſſeſsionẽ,
uel nactã ꝑdit,nihilominus poſt annũ efficit poſſeſſor.ext.de do-
lo & ꝯtu.cõtingit.Sed nec in criminali recuperat poſt annũ,quod
dic,ut j̃.de accu.§.ſequit.Quãdo aũt incipiat currere iſte annus,di
cetur j̃.ti.prox.§ iam de effectu.verſ.vltimò quæro.Quid autẽ iu
ris ſit in actore ꝯtumace,dixi ſ̃.prox.¶Porro ſi agatur actione per
ſonali,& reus abſit ꝯtumaciter,diſtingue.Nam aut ꝯtumax eſt an-
te litis ꝯteſtationẽ,aut poſt.Si ante,tunc mittit actor in poſſeſſio-
nẽ bonorũ ipſius rei cã cuſtodiæ ꝓ modo debiti declarati in libel
lo,ut in præ.dec quoniã frequẽter.§ fi.& C.de bo.aut.in poſ.cum
ꝓponas.& auth.ei q iurat.Miſſus tamẽ nõ efficit uerus poſſeſſor,
imò reſtitutis expẽſis & præſtita cautione, ueniẽte reo reſtituitur
poſſeſſio qñcunque:ut in præd.auth ei qui iurat,niſi iudicis aucto
ritate ſit ab actore diſtracta:q iudex debet ad hoc tẽpus ſtatuere
moderatũ,ſ.intra ꝙ res diſtrahatur, uel iuſtus,uel uerus poſſeſſor
efficiat,j̃.tit.prox.§ nũc dicamus.uerſi.ſed quæ eſt.& niſi.ſecũdũ
quoſdã, ſm decretũ fuerit interpoſitũ.C.de diſt.pig.ſi prius ff.de
dam.infect.ſi finita.§.ubi.& § ſi fortè.& §.poſtea. ff.de rẽ iud.à di-
uo.& no.C.de his q ad eccl.ꝯfu.l.fi §.neque.arg.tamẽ ꝯ.ꝙ ſaltem
poſt annũ non audiat ſu p poſſeſſione,ſed ſu p ꝓprietate tantũ ſi-
cut & in reali ſeruat, ut in præ.dec. quoniã.in fi ſed dic prout ibi
b no.ᵇ& iunge hic,ꝙ eſt j̃.tit ꝓx.§.vl.†¶Quod autẽ dixi miſſionem
a eſſe ꝓ modo debiti declarati faciendã,hodie uerũ eſt,ut in præ.cõ
cor.niſi in caſib.¶Primò cũ peto liberũ hominẽ mihi exhiberi.ꝑ
interdictũ.De libero homine exhibẽdo,& nõ exhibet:qa tunc fit
miſſio in poſſeſſionẽ omniũ bonorũ.ff.de lib.hom exhib.l.3.nam
libertas res eſt inæſtimabilis.ff.de reg.iur. libertas eſt:¶Secundò.
c quando ᶜ qs in poſſeſſionẽ mittit ex benefidio Carboniani edicti,
ut ff.de Car.edi.ꝑ totũ¶Tertiò:qñ qs mittit in poſſeſſionẽ ex uẽ-
tre,ff.de uen.in poſſ.mit.ꝑ totũ.¶Quartò,ſm quoſdã:ut ff.ſi ſer-
ui.uen.is cuius ſed ibi credo miſſionẽ faciẽdã ꝓ mẽſura declaratæ
æſtimationis qa litera illa correcta eſt ᵍ de hoc j.in tractatu ſdi de-
creti.Sed olim ſi agebat ꝑſonali ad certã ſpeciẽ ut in cã damni in-
fecti,in illã rẽ fiebat miſſio tantũ:puta ex qua timeret dãnũ; ff. ex
qui cau.in poſ.ea l.Fulcinius.§.Celſus.Si uerò ad certã q̃titatẽ:fie-
bat miſſio in omnib.bonis ff.eo.l.j.& ff.ex quib.cau.ma.in inte.reſt.
Itẽ ait p̃tor §. hoc aut & § pe. Itẽ ꝙ dicit, Declarari intelligit A-
zo ſummatim,ſ. ꝑ iuſiurãdũ actoris, ff.ad exhib theſaurus. Sed il-
d la loquit de iuramento calumniæᵈ.¶I ẽ ſm hoc uidet iſte eſſe te-
ſtis & actor,ꝯ iura,4.q.3.uer. nullus in re C. de teſt.omnib.unde,
e ſm Roſ.ᵉ debet debitum declarari ꝑ teſtes,uel inſtr̃aᶠ. Et ſi obii-
f ciatur†ꝙ hæc non eſt ſummaria,imò pleniſſima cognitio;quæ fit
4 ꝑ teſtes & inſtrumẽta,ut ſ̃.de of.iud.§.fi.itẽ ꝙ teſtes nõ recipiunt
lite non conteſtata,ipſe reſpõdet,ꝙ nihilominus eſt ſummaria,qa
hæc parte abſente fiũt q̃ multa oppoſuiſſet in ꝑſonas & dicta, &
ꝯ inſtrumẽta:nec eſt mirũ,ſi ante litis ꝯteſtationẽ actor de iure ſuo
docet,qa hoc eſt generale,ut dicit,hodie,ubicunque actor vult,ꝙ
ꝓcedatur ꝯ abſentẽ,uel ad ſñiam,uel dãdã poſſeſſionẽ,ut C.quo-
modo & quãdo iud aut qui ſemel Itẽ nõ eſt mirũ,ſi teſtes ante li- ª
tis ꝯteſtationẽ recipiunt:qa & hoc in aliis caſibus contingit, ut in
præ.de.quoniam.uel,ut dicit,fiet ſummaria ꝑ vnũ teſtẽ,uel etiam
ꝑ priuatã ſcripturã,quę fortè;quo ad hoc,fidem faciet,cum non
h debeat ferri diffinitiua,licet aliàs fidẽ nõ faciat ʰ. Alij vero dicunt
ſufficere declarari in libello.P.intelligit Declarari; id eſt ꝓbari,
& per ſñiam certificari.C de bõ.autorit.iudic.poſſid cũ ꝓponas
& l ſequẽti,& l.final.§.cum poſt.in fin.dicens hoc ſpeciale eſſe,ut
lite nõ ꝯteſtata ſñia ferat,ut aliàs in auth. ut omnes obediãt iudi.
5 ꝓuinciarũ.§ ſi uerò,ꝙ nõ placet.†¶Sed nunqd hodie in hypothe
caria mittet creditor in poſſeſſionẽ ex primo decreto ꝓ mẽſura
debiti declarati?Dicũt qdam,ꝙ ſic,in authenti.de exhiben.& in-
intro.reis.Alij,ꝙ in poſſeſſionẽ omniũ honorũ,quæ tacite uel ex
preſſe fuerant obligata:vt C.cõmunia de legat.l.j. ff. ex quib. cau.
in poſſeſ.ea hec autẽ.& C.ut in poſſeſ.le.certa. Sed pro primis fa-
cit,ꝙ idem iuris debet eſſe in acceſſoria,ſcilicet in hypothecaria,
quod in principali,ergo uidetur,ꝙ fiet pro menſura debiti decla-
rati.Sed certe hypothecaria eſt naturę, quod totius rei obligatæ
i nudam poſſeſſionem auocat, ut ff. de uiction.ſi cum uenditor ⁱ
¶Sed pone:

ADDITIONES.

a Ad finem. ¶ Et ibi hæc materia in ult gloſſ.& per Ia.Bald.j̃.titul.prox.
b No.¶in ult.gl.& uide,quod ſuper ea dixi.
c Quando.¶ Iſte caſus & proximus ſequẽs excipitur à perceptione fructuum,
ut patet j̃.ti.j.§.reſtat.uer.hoc autem.& ext.e. ti. contingit. ad fi. ult. gl. hęc
autem inepte excipiuntur.
d Correcta eſt.Non credas,ꝙ habita ſit aliqua falſæ literæ correctio,de Pande
cta Piſana,ſicut dicitur in l.ſæpe.ff.de re iudic.§.j.& not.e. ti.c. pe. circa me-
dium gl ſed intendit,quod illa litera loquitur ſm ius uetus,ꝙ ſtatim ſubdit.
e Calumniæ.¶ Aduerte uerũ eſt,ꝙ olim iuramẽtũ calumniæ præſtabatur ſin-
gulariter ſuper omnibus articulis.& de tali iuramẽto intellexit Azo l.illam,
ut ibi dicit gl.ſed hodie ſemel ſolũ iurat.C.de iur.cal.auth. hodie. Tamen,ut
dicebat Guido,ubi ſ̃.licet ſemel tantũ iurandũ ſit,& ſuper tota lite, illud ꝓ-
cedit,cùm partes ſunt p̃ſentes:ſed ubi reus abeſt ex quadã neceſſitate.quæ fa
cit legẽ ceſſare,ff.de of.cõſul.l.una.præſtat p̃ſens hoc ſacramẽtũ. Plus tamen
ei placet,quod iſtud ſacramẽtum ſit de ueritatę debiti, ꝙ uerè debet reus,
quod petit actor iurans.& quod ſibi non fuit ſatisfactum,& dicit ſic ſeruari.
f Secundũ Roſ.¶ Vbi tractat de officio iudi.cum rub.de bo.aut.iud. uer. item
quæritur.quid ſonent.& uerſiculis proximis priùs & poſt.
g Inſtrumẽta. ¶ inducit l.fi.C.de bo.aut.iudi.poſ.quod nõ ſufficiat,iuramentũ
cũ ibi datur,quod alij creditores ueniẽtes ad cõmodũ poſſeſsionis , debeant
oſtẽdere de iure ſuo:uide ẽt de hoc ſ̃.de offic o iud.§.ultimo.ſuper uerſi.ter-
tio dicẽdũ.& uerſ.ſexto quærendũ.¶ADDE,quod Bar.in l.cũ proponas C.
de bonis aut.iud.poſ.tenet,ꝙ quo ad primũ decretũ,ſufficiat iuramẽtũ:quia
eſt modici prædicij:quo uero ad ſecũdũ decretũ,ꝙ requirat probatio per te-
ſtes,uel inſtrumẽta:& idẽ tenet Bart.in l.Fulcinius.ff.ex quib.cauſis in poſ.ea.
& in l.j. vbi in rẽ act.do.m.Ant.in c.quoniam,ut lite non conteſt.
h Faciat.¶ Hucuſque Roſ.qui ſic dixit,ut hic,ſub dubio forte.
i Venditor.¶ Verſiculus ad literã fuit Ia.Bald.in materia de primo & ſdo de
creto:ſed quæſtionẽ bene tangunt gl.in l.cũ ꝓponas.& authen.ei qui iurat.C.
de.bo. auctor.iud.poſſid.& in l.ij C.de ꝓcurat.quib.placet ꝙ fiat in omnia.
Põderandũ eſt dubiũ,quod procedit ex hac lege:quia ſi in hypothecaria de-
tur poſſeſsio ex primo decreto,ergo illud idẽ operabit , quod diffinitiua : ꝙ
eſſe non debet,maxime qa non examinat negociũ in iſto, ſicut in illa. Aduer
te,quia,ut refert Cy.in l.ſi finita.ff.de damno infect.§.ſi plures.in materia pri
mi & ſecundi decreti,in fi.gl.j.l.ſi quis emptionis. C.de præſcrip.xxx.an.quæ
incipit,bonæ fidei.in fin.dicit,in hypothecaria idẽ ſeruandũ.qđ in perſona
li.Sed alia gloſ.uidetur dicere,in ea idẽ,quod in reali,ff. de acquir. poſſ.l. 3.
§.fi.ſuper uerbo,non poſſeſsionẽ.Dicit autẽ,primã procedere,quãdo intẽta
tur hypothecaria ꝯ habentẽ ius dominij.nõ enim petitur tũc ſimplex poſ-
ſeſſio,ſed id,quod eſt penes reũ,propter cuius ꝯtumaciã mittat in poſſeſsio-
nẽ ex primo & ſecũdo decreto:& per ſecundũ habeo dominiũ,quod erat pe-
nes eũ:& ſic idẽ,ꝙ in perſonali. Sed ſi cõuentus non habet dominiũ, tũc non
interponitur ſecundũ decretũ,qa per primũ habeo poſſeſsionem , quæ erat
apud contumacẽ.& illã ſolã,ut in l.cũ uẽditor.& ſic eſt idẽ in hypothecaria,
quod in alia reali,per quã aduocat poſſeſsio,nec interponit ſecundũ decre-
tũ.Sic intelligo eius dictũ cõmuniter corruptũ. Per hoc nõ eſt ſoluta ſupe-
rior obiectio,nec per id ꝙ aliqui ſubdiſtinguũt, aut agitur hypothecaria,ex
pignore prætorio,& tunc primũ decretũ & ſecundũ,& ipſa ſententia auocat
detentionẽ tantum,ff.de pig act.non eſt mirũ.in fin.aut agitur ex pigno. ꝯ-
uentionali,& tũc procedit diſtinctio prædicta, an cogatur cõtra debitorẽ &
dominũ,an cõtra extraneũ. Et q a,ut dixi,per Ber.obiectio nõ ſoluit, Petr.
de Bel.tenet indiſtincte in hypothecaria idẽ,quod in perſonali,ut primũ de-
cretũ poſſeſsionẽ non tribuat,ſed detentionẽ, ratione ſuperius dicta. Tamẽ
Iac.de Are.cõtra tenẽs,dicit in ea idẽ,quod in reali.Cui opponit,ſi fiat in eo
miſſio ante litis conteſtationẽ,uel quaſi,nõ auditur,reus poſt annũ,niſi ſuper
proprietate:ſi poſt litis cõteſtationẽ,uel quaſi,etiã intra annũ nõ auditur,ni-
ſi ſuper ꝓprietate.hæc patẽt in dec.quoniã.§.in aliis.& §.ꝙ ſi ſuper.Sed qua-
re reus probaret ꝓprietatem,cùm actor fateatur rem eſſe ipſius debitoris te-
nendo illã,ut pignus,& nomine debitoris,ff de uſucap. l. pignori. Sed ipſe
reſpõdet,ꝙ proprietas,q̃ ſibi incũbit probãda intra annũ,uel poſt annũ:iux-
ta diſtin.de qua ſupra eſt dictũ,qa probabit indebitũ, quod petit actor, uel
ꝙ res illi obligata nõ erat:& ſic de proprietate auditur, id eſt.de iure pigno-
ris,ſi cõuentus,erat debitor:ſi vero extraneus,tũc ſecundũ eũ,de uera ꝓprie
tate ꝓbabit,ſi uelit ſibi poſſeſſionẽ reſtitui. Et placet hoc Gyno, ubi ſ̃.quæ.
xxv.Sed dices,quid ualet iſti extraneo probare rem nõ eſſe ſuã,ſi nõ erat in
bonis debitoris tẽpore obligationis?Reſpõdeo,ꝙ ualet debitore nõ excuſ-
ſo,ut C.de pignor.auth.hoc ſi debitor. ¶ ADDE, ut per Bar. in d.l. 3.& ibi
Alex.ff.de acqui.poſſeſ & per Alexan.in l.ſi finita.§.Iulianus. in antepe. col
ff.de dam.infec.ubi de hac additione ponitur quid tenendum.

6 †¶Sed pone, conueni te hypothecaria, petens fundum pro-
pter contumaciam tuam miſſus ſum in poſſeſſionem fundi cau-
ſa rei ſeruandæ: uis recuperare fundum & reſtituere expenſas: quæ
ritur, quid iuris ſit? Et uidetur quod nō potes recuperare: quia res
mihi obligata eſt: vnde habeo retentionem, C. de uſuris. per retē-
tionem. & melius. ff. fa. er. his conſequenter. §. penul Argum. con-
trà ff ex qui. cau in poſſeſſ. ea. l. hæc autem. §. fin. C. de preſcr. 30.
annorum. ſi quis. §. penul. C. de bon. auctori. iud. poſſid auth. ei qui
iurat. Dici poteſt, quòd ſi conſtat de debito & obligatione tūc nō
debes: alioquin ſic. ¶Rurſus ſi lis eſt conteſtata, cum perſonali a-
gitur, ſi quidem actum fuerit pro certa quantitate pecuniæ, uel o-
bligatione, & miſſio facta fuerit pro modo debiti declarati, nun-
quam efficitur verus poſſeſſor: imò poſſeſſionem recuperat quan
docunque, niſi res diſtracta fuerit: vt iam dixi. Sed ſi certa ſpecies
petita fuerit, fit miſſio in illa, ut prædixi: & tunc reus uolens poſt
annum parere, auditur ſolum ſuper proprietate, non ſuper poſſeſ-
ſione, ſecundum quoſdam: ut in prædicta l. conſentaneum. in fine.
7 & C. ubi in rē actio. leg. ſecunda[a]. †*¶Sed pone: Titius infert mi-
a hi vim turbatiuam: ago contra eū. Vti poſſid. ut ceſſet à turbatio-
ne: ille eſt contumax, nec vult uenire: & nihilominus me turbat:
b quæritur qualiter mihi conſuletur[b]? Reſpon. quia cauſa talis eſt,
quod non poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem, excōmunicabitur:
ut in præd. ca. quoniam frequēter, uel iure ciuili poteſt ſibi mulcta
c indici, per illud edictum. Siquis ius dic. non ob. uel poſſet.[c] actor
taxare ſuum intereſſe, ſecundū materiā interdicti Vti poſſideris,
& pro illo intereſſe fiet miſſio in poſſeſſionem bonorū ad inſtar
cuiuslibet perſonalis actionis: ut in authenti. de exhib. & intro. re.
uel melius, ex quo nō ꝑparet, iudex ex officio ſuo prohibebit ei,
ne me turbet, donec de ſuo iure probet: & interim faciet me paci-
fice poſſidere, argū. ff. de noui ope. nun. ſi prius. & ff. de uſufru. cu-
iuſq;. & ff. de ope. liber. l. mancipiorū. & C. de ingen. man. diffama-
ri. & C. de remiſſ pig. ſi eo tempore. ibi. programāte. & C. qui accu.
8 non poſ. ſi ea. †¶Cæterum ſi cauſa ſit ſpiritualis, uel miſta, ſiue co-
d hærēs: dicit tit[d]. quod ſi talis eſt cauſa, ꝙ actor poſſit mitti in poſ-
ſeſſionē. fiet miſſio & recuperatio, ſecundū prædictam diſtinctio-
nē: quod ſi hoc fieri non poſſit, quęcunque ſit cauſa, & quomodo
cunque agatur, excommunicari poteſt reus contumax, uſque ad
ſatisfactionem condignam: & nihilominus debet condemnari in
expenſis, extra vt lite non conteſt. tuæ. ubi de hoc. & in præ. dec.
quoniam. in fi. de dol. & cont. ex literis. & de verb. ſignifi. ex parte.
Huius autem excommunicationis formam, & denunciationis
huius excommunicationis, & qualiter excommunicatus proce-
deret in petenda abſolutione, & iudex in ea danda: & formam in
ſtrumenti abſolutionis, & eius denunciationis, habes ī. de ſen. §.
e ut autem. uer. iuxta[e]. De expenſis autem dicam ī. de expen. ¶Poſt
annum etiam poſſunt huiuſmodi ſententiæ aggrauari, ut proce-
dant à ſuſpenſionem, uel ad perpetuā priuationē beneficii & offi-
cii. quod dic, ut in pręs §. ut aūt. uer. uerū quia uerūtamen à prin-
cipio illam pœnam poteſt infligere, quæ magis timeatur: & illa
debet eſſe contentus, ſ. quia uel excommunicet, uel in poſſeſſio-
nem mittat, cum eſt talis cauſa, quod hoc poſſit fieri, ad alteram
nihilominus proceſſurus, ſi huiuſmodi meruit proteruitas contu-
macis, ut in pre. dec. quoniam. in fin quia creſcente contumacia
creſcere debet pœna, ut in præ. uerſi. uerum quia. Dicunt autem
quidam eſſe in optione iudicis, prius uel excommunicare, uel in
poſſeſſionem mittere, quod maluerit propter decr. quoniam. in
f fi[f]. quod non credo. †Imo ſemper à minori pœna incipiat, ſcilicet
9 miſſione in poſſeſſionem, ſi fieri poteſt, ff. de. no. oper. nun. ſi prius
quàm. ubi dicitur, ꝙ non ſunt aliæ partes iudicis, niſi vt det poſ-
ſeſsionem cuſtodiæ eā ¶Vltimo uero ſi neceſſe fuerit, uel etiamſi
non poſsit fieri miſſio, recurratur ad excommunicationem, ut in
10 prę. c. tuę. †quia nulla maior pœna eſt in eccleſia. 24 q. 3. corri-
piantur. Alii dicunt, quod priuſquam ſuperior det poſſeſſionem
eccleſiæ, quod ualde eſt præiudiciale. incipiat ab excommunica-
tione, uel ſequeſtratione, uel miſſione in poſſeſſionem. ar. ext. de
do & cōtu. capi 2. & de pœ. diſt. j. pœnæ. Nec obſtat præd. l. ſi prius
quàm. quæ non prohibet mitioribus modis procedi: ſed ſolum
ſententiam diffinitiuam ferri, cum non ſit lis conteſtata. Et hoc
ſentit Inn. IIII. ut no. de eo, qui mit. in poſ c. j. Sed primum ueri-
11 us. †¶Quid ſi forte miſta ſit inter perſonales & reales, ut eſt peti-
tio hæreditatis, ut C. de petit. hęred. l. hæreditatis. ſeruabit idem,
quod in uerè realibus, uel uere perſonalibus. C. de edi diui Adr.
tol. l. pen. in fin, Vel dic, quod in ea ſeruabitur ſpeciale hoc, quod
g habetur in præ. l. Fulcinius. §. fi.[g] Sed, ut clarè loquamur, vbi hac
miſta actione actum eſt, poſt annum ueniens non recuperat rem:
quia realis eſt, & non perſonalis: licet habeat quaſdam perſonales
præſtationes. ff. de pet. hær ſed & ſi lege. §. petitio. Nec obſt diffe-
rentia, quę fit inter petitionem hæreditatis & rei uendicationem,
ut in præ. l. Fulcinius. §. fi. quia illud obtinet, quantum ad miſſio
nem. non quantum ad recuperationem poſſeſſionis, ſecundum
Vber Item cum petitur hæreditas, fit miſſio in poſſeſſionem om-
nium ſuorum bonorum: ut infrà titu. prox §. reſtat. uerſi uerum.
In actionibus uero ſiue interdictis in rem ſcriptis, vt quod metus
cauſa & ſimilibus, idem iuris eſt, quod in vere realibus. Quę autem
cauſa dicatur miſta? & an in ea fiat miſſio, uel etiam in interdictis.
h no. do. meus in ſumma in tit. ut lit. non cōteſt. in fi.[h] †¶Illud autē
12 præterea attendū nō eſt, quod ſi agitur de eccleſia, tanquam de
proprietate. bene poteſt fieri miſſio in poſſeſſionem propter con
tumaciam cauſa rei ſeruandæ: ut extra. de eo qui mit. in poſſ. cauſa
rei ſer. capitulo. j. & 2. Si uero agatur ſuper dignitate, vel perſona-
tu uel præbenda, uel eccleſia, tanquam ſuper beneficio, & gene-
raliter. ſuper matrimonio ſpirituali, uel carnali, non fit miſſio in
poſſeſſionem: ne per hoc ad ea pateat vitioſus ingreſſus: ſed lite
non cōteſta, poteſt tunc in cauſa procedi, & negotium terminari,
i ut eo. tit. cum qui[i]. quod dic, ut ibi no, & de dolo & cont. contin-
git & hoc, ſiue agatur de obtinendo, ut ibi dicitur: ſiue de iam ob-
tento. Hinc eſt, quod ſi petatur beneficium poſt cōfirmationem,
ſiue poſt poſſeſſionis adeptionem, quia fortè ſpoliatus fuerat, &
nunc illud reperit. ut ext. de cauſa poſ. cum olim. & c. cum ſuper.
& de procu. ex inſinuatione, ſiue ut confirmatio, ſiue collatio ſu-
um conſequatur effectū: ut extr. de appe. conſuluit, 2. & de conc.
præ. poſt. electionē. & de accuſ. accedens ſiue repetatur beneficii
poſſeſſio, per conſtit. ſi quis in tantā. uel. l. cū quærebatur, uel con-
dictionē ex lege, uel canone: & breuiter, qualitercunque petatur
perſonale beneficiū, ſpirituale, ſiue prædictis modis, ſiue alio, ad
obtinendum, uel adipiſcendum, uel recuperandum, locum habet
prędicta conſtitutio, cū qui. ut non fiat miſſio in poſſeſſionē: quia
eadem ratio ſubeſt, cū agitur de obtento, ſcilicet uitioſi ingreſſus.
Beneficia enī eccleſiaſtica poſsideri non poſſunt ſine canonica in-
ſtitutione, ut 2. q. j. legum extra, de reſti. ex frequentibus. Et ſic te-
net Inn. IIII. & do. me. & ſic etiam dixit do. Clemens. IIII. &
omnes auditores. Quidam tamen adhærent uerbis conſtitutio-
nis, dicentes, in pręmiſsis caſibus poſſe fieri miſsionem, & ſemper,
niſi cum de beneficio agitur obtinendo, ſcilicet cum inueſtitura,
ſeu cum collatio non pręceſſit, ſed ſolum præſentatio, uel electio
facta eſt: aliàs ſi inueſtitura, uel collatio præceſsiſſent, non agere-
tur de obtinēdo, ſicut continet prædicta conſtitutio, cum qui. ſed
de obtendo

ADDIT IONES.

* ¶Vide ad hoc l. ſi non inducta. C. quib. mod. pig. ta con. & Inn. in c. ex par
te. de arb. & 23. q. 3. §. poteſt. Cy. in l. fi. commo. & Arch. ext. de reſc. c. fi. lib. 6.
& l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. de præſcr. 30. ann. vbi ſi res peruenit ad
creditorem per contumaciam debitoris, uel poſſeſſoris, infra annum audi-
tur ad recuperandum, præſtita ſatiſdatione ſeu cautione, nec datur credito-
ri retentio quamuis ad ipſum peruenerit ſine vitio, uide in margar. Alb. Ga
lioti. in ti. de reſcri. in fi. uel in ti. ſeq.

a L. ij. ¶ Sed quid ſi ſpecies eſt incerta, puta alternatiua: puta, peto Stichum,
aut Pamphilum: hoc in mobilibus. Idem in immobilibus: vt quia debet ex-
promiſsione domum, aut vineam. Conſtat autem, quod ſi alternatiua eſt in
obligatione, alterum ſolum, etiam vtilius, preciſe peti non poteſt: Inſti. de
act. §. preterea. & de plus petit. capit. j. Reo igitur contumace quomodo fit
miſsio? Reſpondeo, ſecundum Iacob. de Ra. quod hęc æquiparatur obliga-
tioni, quę eſt in genere, vt probat prædi. dec. vnica. quæ de his duob. ꝓ miſ-
cue loquitur: ff. de cond. indebit. l. cum is. in fi. Fiet ergo miſſio in æſtimatio-
nem effectus talis obligationis, ff. de uerb. obl. eū, qui certarū. §. j. vt ibi de
executione notatur. Sed Petrus de Bel. diſtinguit, aut electio eſt creditoris,
quia ſibi debetur alterum, quod uolet: & tunc ipſe eliget, in quod fiet miſſio,
ff. de reg. iur. qui poteſt. Vbi autē electio eſt debitoris, quod eſt regulare. extr.
de reg. iu. in alternatiuis li. 6. fiet ex primo decreto miſſio in poſſeſſionē om-
nium alternatiue petitorū, ſecundū eū. Eſt enim æquū, ex quo per factum rei
non declaratur, quod fiat miſſio in vtroque, ff. quorum leg. l. j. §. quod autem.
Huic obſtat, quia quod non licet verbo, (ut ſupra dictum eſt) non debet lice-
re facto, quod plus eſt de appel. dilecti. 2. Si ergo vtrūque ſimpliciter, uel al-
terum tantum petere non poſſum, non uidetur tutum, utriuſque uel alterius
miſsionem petere, uel facto recipere, ubi mihi electio ꝯpetit: quare in ſecun-
